Innocentius episcopus servus servorum Dei[b]. Ad futuram rei memoriam. Apostolice sedis providentia circumspecta nonnumquam concessa per eam rationabiliter ampliat et restringit, prout id in Deo[c] prospicit[d] salubriter expedire[e]. Dudum siquidem felicis recordationis Iohannes papa XXII predecessor noster universis et singulis tam ordinariis quam delegatis iudicibus et inquisitoribus heretice pravitatis et aliis universis et singulis, quacumque auctoritate fungerentur[f], auctoritate apostolica districtius inhibuit, ne contra ipsius predecessoris et apostolice sedis officiales vel nuntios aut ipsorum aliquem quavis occasione vel causa absque ipsius predecessoris et dicte sedis licentia speciali eis per sedis[g] ipsius[h] litteras concedenda[i] plenam et expressam facientes de tenore inhibitionis huiusmodi mentionem procedere[j] aut in eos vel eorum aliquem excommunicationis vel suspensionis seu quasvis alias sententias promulgare presumerent quoquo modo, ac decrevit[k] ex tunc irritum et inane[l], quidquid contra inhibitionem[m] huiusmodi contingeret attemptari. Voluit tamen, quod ordinarii et inquisitores predicti super hiis, que negotium tangerent fidei, alii vero[n] super hiis, que rem tangerent alias[o] publicam vel privatam, sive ordinarii essent sive delegati quacumque auctoritate forent communiti[p], prout possent vel ad eorum officium pertineret, si quid per officiales et nuntios ipsos indebite forsan attemptatum existeret, se[q] plenius informare idque eidem predecessori significare studerent, ut dictus predecessor super hoc de opportuno remedio provideret[1]. Et deinde pie memorie Clemens[r] papa[s] VI predecessor noster[t] inhibitionem[u], decretum et voluntatem predicta ad dilectos filios capellanos, scriptores et familiares alios ac[v] officiales suos et sedis predicte[w], qui essent pro tempore, auctoritate apostolica extendens cum similis[x] interpositione decreti voluit eos immunitate ex premissis[y] concessa officialibus et nuntiis supradictis gaudere, prout officiales et nuntii Iohannis predecessoris eiusdem vigore inhibitionis, voluntatis et decreti predictorum gaudebant seu gaudere poterant[z] supradicti[2]. Cum autem, sicut accepimus, nunnulli ex officialibus, nuntiis[aa], capellanis, scriptoribus et familiaribus supradictis immunitate huiusmodi abutantur[bb], nos volentes in hiis debite moderationis adhibere[cc] cautelam auctoritate apostolica decernimus et etiam declaramus, quod inhibitio, extensio, voluntates, decreta et immunitates[dd] supradicti in officialibus et nuntiis sedis eiusdem et in eis tantum, dum in prosecutione officiorum et[ee] negotiorum per dictam sedem commissorum eisdem pro tempore fuerint, et cum[ff] prosecutio ipsa per processuum et sententiarum promulgationem huiusmodi impediri posset vel differri, et non alias locum habeant

[1] = *Johannes XXII. Nr. 78.*
[2] = *Clemens VI. Nr. 42.*

et debeant observari. Nulli ergo etc. nostre constitutionis et declarationis infringere etc. Datum Avinione, II[gg] kalendas februarii pontificatus nostri[hh] anno quinto[ii3].

[3] *1357 Januar 31.*

[a] Moderatio - apostolicis *Arm. 82, BL 2825, BL 2850, VL 6343, Paris 4172; VL 3984* Extensio et declaratio, quod officiales pape sint exempti a iurisdictione inquisitorum heretice pravitatis*; RA 135* Ad futuram rei memoriam. Privilegia concessa per dominum Iohannem papam XXII officialibus et nuntiis sedis apostolice et per dominum Clementem papam VI capellanis, scriptoribus et familiaribus eiusdem sedis extensa moderantur*; Firenze 45* [Declaratio] domini Innocentii officialium et [nuntiorum suorum], quod privari valeant per suos superiores*; Napoli 12* Declarat constitutionem Iohannis XXII de immunitate officialium apostolice sedis habere locum in officialibus et nuntiis, quod pretextu sententiarum ordinariorum possent in eorum officiis extra curiam impediri
[b] episcopus - Dei *Stuttgart 61* VI
[c] id - Deo *Prato 1787* inde
[d] prospicit *BL 2850* proficit
[e] expedire *Arm. 82* expectare
[f] fungerentur *Trier 987* fulgerentur
[g] sedis *BL 2850, VL 3984, VL 6343, Firenze 45, Mainz 39, Napoli 12* sedem
[h] ipsius *Napoli 12* ipsam
[i] concedenda *BL 2850, VL 6343, Napoli 12* concedendas*; Paris 4172* concedendi
[j] procedere *Arm. 82* procederent
[k] decrevit *Napoli 12* decernens
[l] *Firenze 45 folgt* si secus
[m] inhibitionem *VL 3984* hibitionem
[n] *Arm. 82 folgt* que
[o] alias *fehlt BL 2850, VL 3984, VL 6343, Mainz 39*
[p] communiti *BL 2850, VL 3984, VL 6343, Napoli 12* communiter
[q] se *Arm. 82* si
[r] Clemens *BL 2850, VL 6343* Clementis*; VL 3984* Clement.
[s] papa *VL 3984* pape
[t] predecessor noster *BL 2850, VL 6343* predecessoris nostri*;* noster *VL 3984* nostro
[u] inhibitionem *Mainz 39* inhibitionis
[v] ac *fehlt Arm. 82*
[w] predicte *Arm. 82, Paris 4172* apostolice
[x] similis *Arm. 82, BL 2850, VL 6343, Firenze 45, Paris 4172, Stuttgart 61, Trier 987* simili*; VL 3984* simul
[y] premissis *BL 2850, VL 6343* premissa
[z] poterant *fehlt Prato 1787*
[aa] nuntiis *BL 2850, VL 6343, Napoli 12* nostris
[bb] abutantur *Prato 1787* arbitratur
[cc] adhibere *Stuttgart 61* adherere
[dd] immunitates *BL 2850, VL 3984, VL 6343* iniurias
[ee] officiorum et *fehlt Prato 1787*
[ff] cum *fehlt BL 2825, BL 2850, VL 3984, VL 6343, Mainz 39, Stuttgart 61, Paris 4172, Trier 987*
[gg] II *BL 2850, VL 6343* VII
[hh] pontificatus nostri *fehlt BL 2825, Mainz 39, Napoli 12, Paris 4172, Stuttgart 61, Trier 987*
[ii] II - quinto *fehlt Prato 1787;* quinto *Trier 987* V

## 9.

***9A. Kassel 59**, fol. 58r; **Regest:** Nova Alamanniae 2/2 S. 938 Nr. 1615.*

AD EA, QUE DIVINI CULTUS.

Dat potestatem collatoribus conferendi beneficia reservata et devoluta, quorum collatio hac vice pertinet ad papam, et patronis habentibus ius presentandi, quod presentare possint, et decernit irritum etc.

***9B. Arm. 82**, fol. 119r-121r; **RA 148**, fol. 36v (Rubrik), fol. 540v-541r; keine **Reg. Vat.** aus diesem Pont.-jahr); **BL 2825,** fol. 89r-90v; **BL 2850**, fol. 73r-74r; **VL 3984**, fol. 100v-101v; **VL 6343**, fol. 83r-84r; **Firenze 45**, fol. 20vb-21rb; **Graz 708**, fol. 326v-327r; **Mainz 39**, fol. 322v-323v; **Napoli 12**, fol. 79r-79v; **Paris 4172**, fol. 105r-106v; **Trier 987**, fol. 48v-49r; **Teildruck:** LUX, Constitutionum S. 104f. Nr. 50 (nach BL 2825); **Regest:** - (nochmals überprüfen).*

QUOD ORDINARII POSSINT CONFERRE PERSONIS IDONEIS BENEFICIA VACANTIA RESERVATA[a].

Innocentius episcopus servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam[b]. Ad ea, que divini cultus augmentum ac ecclesiarum et ecclesiasticorum beneficiorum statum respiciunt, libenter intendimus et animarum periculis, quantum cum[c] Deo possumus, affectuosis studiis obviamus[d]. Cum itaque ad auditum nostrum pervenerit, quod nonnulla canonicatus et prebende, ecclesie[e] et alia beneficia ecclesiastica secularia et regularia cum cura et sine cura tam apud[f] apostolicam sedem quam[g] in aliis diversis mundi partibus diversimode vacaverunt et vacant ad presens, quorum collatio et dispositio vigore reservationum per nos factarum aut iure devoluto seu alias ad nos[h] dumtaxat hac vice pertinent quorumque provisio, cum singulorum ipsorum beneficiorum vacatio ad nostram notitiam non pervenerit, in animarum periculum et beneficiorum ipsorum[i] dispendium non modicum retardatur[j], nos volentes super hoc paterne[k] benignitatis[l] remedio providere ac huiusmodi damnis et periculis[m] obviare, omnibus et singulis locorum ordinariis et aliis quibuscumque, ad quos alias canonicatuum et prebendarum ac ecclesiarum et beneficiorum huiusmodi collatio, provisio aut presentatorum[n] ad illa institutio de iure vel consuetudine communiter vel divisim pertinet, conferendi hac vice dumtaxat auctoritate apostolica huiusmodi canonicatus et prebendas ac ecclesias et[o] beneficia ecclesiastica sic ad presens vacantia, prout alias ad eos communiter vel divisim pertinet, dummodo[p] singulorum ipsorum[q] canonicatuum et[r] prebendarum et aliorum beneficiorum fructus, redditus et proventus, si cum cura, viginti[s], si vero[t] sine cura fuerit[u], quindecim[v] librarum Turonensium parvorum secundum taxationem decime, ubi ad[w] decimam taxati sunt, alias vero[x] secundum communem extimationem valorem annuum non excedant, singula eorum videlicet singulis personis idoneis etiam unum vel duo ecclesiastica beneficia[y] obtinentibus vel expectantibus et de ipsis providendi et etiam disponendi, inducendi quoque per se vel alium seu alios[z] personas ipsas vel procuratores earum[aa] ipsarum[bb] nomine in corporalem possessionem canonicatuum et

prebendarum, ecclesiarum et beneficiorum ipsorum iurium et pertinentiarum[cc] suorum et defendendi inductas, amotis[dd] quibuslibet illicitis[ee] detentoribus ab eisdem, ac faciendi personas ipsas vel procuratores[ff] earum ad prebendas huiusmodi in[gg] ecclesiis, in quibus fuerint in canonicos recipi[hh] et in fratres, stallo eis in choro et loco in capitulo cum plenitudine iuris canonici assignatis et ad ecclesias et alia beneficia[ii] supradicta, ut est moris, admitti eisque de ipsorum canonicatuum et prebendarum ac ecclesiarum et beneficiorum fructibus, redditibus, proventibus, iuribus et obventionibus universis integre responderi, contradictores quoque auctoritate nostra per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendi, non obstantibus reservationibus, devolutionibus et aliis quibuscumque, per que ipsorum beneficiorum collatio et dispositio ad nos hac vice dumtaxat, ut premittitur, pertineret[jj], nec non quibuscumque statutis et consuetudinibus ecclesiarum, in quibus huiusmodi canonicatus et prebende aut alia beneficia forsan fuerint, contrariis iuramento, confirmatione[kk] apostolica vel quacumque firmitate[ll] alia roboratis, aut si aliqui apostolica vel alia quavis auctoritate in ecclesiis ipsis, in quibus huiusmodi canonicatus et prebende fuerint, in canonicos sint[mm] recepti vel, ut recipiantur, insistant seu si super provisionibus sibi faciendis de canonicatibus et prebendis, ecclesiis et aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus speciales vel generales apostolice sedis vel legatorum eius litteras impetra(ve)rint, etiamsi per eas ad inhibitionem[nn], reservationem et decretum vel alias quomodolibet sit processum, quibus omnibus personas ipsas[oo] in assecutione canonicatuum et prebendarum, ecclesiarum[pp] ac beneficiorum predictorum volumus anteferri, sed[qq] nullum per hoc eis quoad assecutionem canonicatuum et prebendarum, ecclesiarum[rr] et beneficiorum aliorum preiudicium generari, seu si eisdem ordinariis et dilectis filiis earundem ecclesiarum capitulis vel quibusvis aliis communiter vel divisim ab eadem sede indultum existat, quod ad receptionem vel provisionem alicuius minime teneantur et ad id compelli[ss] aut quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint quodque de huiusmodi canonicatibus et prebendis, ecclesiis vel aliis beneficiis ecclesiasticis ad eorum collationem, provisionem, presentationem seu quamvis aliam dispositionem coniunctim vel separatim spectantibus nulli valeat provideri per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem et qualibet alia dicte sedis indulgentia generali vel speciali, cuiuscumque tenoris existat, per quam presentibus non expressam vel totaliter non insertam effectus earum[tt] impediri valeat, quomodolibet vel differri et de qua cuiusque toto tenore habenda sic[uu] in nostris litteris mentio specialis aut, si dicte persone presentes non fuerint ad prestandum de observandis statutis et consuetudinibus ecclesiarum huiusmodi solitum iuramentum, dummodo in absentia ipsarum[vv] per

procuratores idoneos et, cum ad ecclesias ipsas accesserint, corporaliter illud prestent, plenam et liberam concedimus tenore presentium facultatem[ww], ita tamen quod hii, ad quos in canonicatibus et prebendis et aliis beneficiis huiusmodi seu[xx] ad ea de iure vel simili consuetudine ius presentandi aut nominandi pertinet, possint ad canonicatus et prebendas aliaque beneficia supradicta infra tempus legitimum a notitia presentium computandum personas idoneas presentare et etiam nominare, et hii, ad quos presentatorum ipsorum et nominatorum institutio pertinet, ut prefertur, alias, ipsis taliter presentatis seu nominatis possint et debeant de ipsis canonicatibus et prebendis aliisque beneficiis eadem auctoritate apostolica[yy], ut prefertur[zz], providere. Nos enim, prout[aaa] est, irritum decernimus et inane, si secus super hiis contra reservationes predictas attemptatum forsan est vel contra eas et alia premissa a quoquam quavis preterquam auctoritate apostolica[bbb] scienter vel ignoranter contingeret in posterum attemptari. Nulli ergo etc. nostre concessionis et constitutionis infringere etc. Si quis autem etc. Datum Avinione, XVII kalendas februarii pontificatus nostri[ccc] anno decimo[ddd1].

---

[1] *1362 Januar 16*.

---

[a] Quod - reservata *Arm. 82, BL 2825, BL 2850, VL 3984, VL 6343, Mainz 39, Paris 4172; Firenze 45, Napoli 12* Indulgetur ordinariis, quod possint conferre beneficia vacantia, que fuerunt reservata*; RA 148* Ad futuram rei memoriam. Universis ordinariis et aliis, ad quos collatio beneficiorum pertinet, conceditur, ut beneficia auctoritate apostolica vacantia conferre valeant etc.
[b] Ad - memoriam *fehlt Arm. 82, BL 2825, BL 2850, VL 3984, VL 6343, Firenze 45, Graz 708, Mainz 39, Napoli 12, Paris 4121, Trier 987*
[c] cum *fehlt VL 3984*
[d] obviamus *Graz 708* obmittimus
[e] ecclesie *Firenze 45* ecclesiastice
[f] apud *fehlt RA 148*
[g] quam *BL 2850* quas
[h] ad nos *fehlt Mainz 39, Napoli 12*
[i] vacatio - ipsorum *fehlt VL 3984, Firenze 45*
[j] retardatur *VL 3984* recordatur
[k] paterne *fehlt BL 2850*
[l] benignitatis *VL 3984* pietatis
[m] et periculis *fehlt Graz 708*
[n] aut presentatorum *Napoli 12* ac presentatio
[o] *BL 2850, VL 3984, VL 6343 folgt* alia
[p] ac ecclesias - dummodo *fehlt Trier 987*
[q] singulorum *fehlt Trier 987*
[r] ad eos - et *fehlt Firenze 45*
[s] viginti *Graz 708, Trier 987* XX*;* viginti *Firenze 45* duodecimo
[t] si vero *fehlt Firenze 45*
[u] fuerit *fehlt Graz 708*
[v] quindecim *Graz 708, Trier 987* XV
[w] ad *BL 2850, VL 3984, VL 6343, Mainz 39, Napoli 12* secundum
[x] vero *Firenze 45* non
[y] beneficia *fehlt Mainz 39, Napoli 12*
[z] alios *Graz 708* alias
[aa] earum *fehlt Napoli 12*
[bb] ipsarum *fehlt Trier 987*

[cc] pertinentiarum *Trier 987* pertinentium
[dd] inductas, amotis *VL 3984* inducta a motis*; BL 2850, VL 3984, VL 6343 folgt* exinde
[ee] illicitis *fehlt BL 2850, VL 3984, VL 6343*
[ff] vel procuratores *fehlt VL 3984*
[gg] in *fehlt BL 2850, VL 6343*
[hh] recipi *VL 3984, Napoli 12* recepti
[ii] *BL 2850, VL 3984, VL 6343 folgt* ecclesiastica
[jj] *BL 2850, VL 6343, Graz 708, Mainz 39* pertinent*; Trier 987* pertinet
[kk] confirmatione *VL 3984* infirmatione
[ll] firmitate *fehlt Firenze 45*
[mm] sint *fehlt Napoli 12*
[nn] ad inhibitionem *Graz 708* adhibitionem
[oo] ipsas *Trier 987* suas
[pp] ecclesiarum *Firenze 45* ecclesiasticorum
[qq] sed *VL 3984* si
[rr] ecclesiarum *Firenze 45* ecclesiasticarum
[ss] *Napoli 12 folgt* licet
[tt] earum *Arm. 82, Paris 4172* huiusmodi gratie
[uu] *Arm. 82, BL 2850, VL 6343, Paris 4172* sit
[vv] ipsarum *fehlt VL 3984, Napoli 12*
[ww] plenam - facultatem *fehlt Firenze 45*
[xx] seu *Napoli 12* se
[yy] apostolica *BL 2850* publica
[zz] alias ipsis - prefertur *fehlt Firenze 45*
[aaa] prout *BL 2850, VL 3984, VL 6343, Mainz 39, Napoli 12* ut
[bbb] preterquam - apostolica *BL 2850, VL 6343* auctoritate
[ccc] pontificatus nostri *fehlt RA 148 VL 3984, Firenze 45*
[ddd] decimo *Arm. 82, Paris 4172* septimo *(unterstrichen)* 10*; VL 6343* X*; Graz 708* primo

## 10.

***10A. Berlin 661**, fol. 158v; **Ross. 1035**, fol. 15r; **Kassel 59**, fol. 58r; **Regest:** Nova Alamanniae 2/2 S. 933 Nr. 1600.*

FELICIS RECORDATIONIS CLEMENS[a].

Declarat, quod gratia facta de dignitatibus, personatibus etc. cardinalibus non comprehendit maiorem post pontificalem[b] in[c] cathedrali nec principalem[d] in collegiata[e], nisi expressa mentio de hiis habeatur in litteris super huiusmodi gratiis confectis.

[a] Felicis - Clemens *Berlin 661, Ross. 1035, Kassel 59*
[b] pontificalem *Berlin 661, Ross. 1035* pontificem
[c] *Berlin 661 folgt* ecclesia
[d] principalem *Berlin 661, Ross. 1035* maiorem
[e] collegiata *Berlin 661, Ross. 1035* collegiatis ecclesiis

***10B. RA 125**, fol. 46r Nr. 14 (Rubrik); **RV 219 Rubr.**, fol. 1r Nr. 14; **RV 219**, fol. 6v-7r Nr. 14; **RV 235 Rubr.**, fol. 9v; **RV 235**, fol. 222v-223r; **RV 244,** fol. 53v; **Druck:** Innocent VI, Lettres secrètes 1 S. 223f. Nr. 656 (nach RV 219/RV 235/RV 244).*

AD FUTURAM REI MEMORIAM DECERNITUR, QUOD GRATIE FACTE CARDINALIBUS PER DOMINUM CLEMENTEM PAPAM VI VALEANT, AC SI IPSIUS LITTERE SUPER EIS CONFECTE FUISSENT[a].

Ad futuram rei memoriam. Felicis recordationis Clemens papa VI predecessor noster aliquibus sancte Romane ecclesie cardinalibus pro eo, quod ad sustentationem status eorum decentem[b] non affluebat[c] abundantia facultatum, volens gratias facere speciales ipsisque de alicuius subventionis auxilio providere, nonnullas dignitates tam in cathedralibus quam collegiatis ecclesiis secularibus et regularibus diversarum mundi partium conferendas singulis[d] ipsis cardinalibus reservavit eisque de illis provideri mandavit per executores super hoc deputatos eisdem, prout in diversis ipsius predecessoris litteris inde confectis concessis cardinalibus ipsis plenius continetur, et deinde videlicet VIIII kalendas februarii pontificatus dicti predecessoris anno decimo[1] intendens predecessor idem precludere viam litigiis, que pretextu gratiarum huiusmodi nasci possent, declaravit sue intentionis fuisse ac esse, quod cardinales ipsi aut alii quilibet vigore huiusmodi aut aliarum quarumlibet litterarum apostolicarum concessarum eisdem aliquas dignitates, que in eisdem cathedralibus post pontificales maiores et in collegiatis seu conventualibus ecclesiis sive locis principales existerent, acceptare ac de illis sibi provideri facere non valerent, nisi de maioribus et de principalibus dignitatibus ipsis in eisdem litteris specialis et expressa mentio haberetur, decernens irritum et inane, quidquid contra declarationem huiusmodi a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter attemptatum esset forsitan vel contingeret attemptari. Verum quia predecessoris ipsius super declaratione ac decreto suis huiusmodi apostolice confecte littere non fuerunt, nos apostolica auctoritate decernimus et volumus, quod huiusmodi declaratio et decretum perinde valuerint et valeant, ac si eiusdem predecessoris littere super eis confecte ac bullate fuissent, et quod presentes littere ad probandum declarationem et decretum huiusmodi ubique plene sufficiant nec ad id probationis alterius adminiculum requiratur, et insuper declaramus nostre intentionis extitisse ac esse similiter, quod cardinales et alii predicti vigore litterarum huiusmodi predecessoris ipsius sive nostrarum illis similium dignitates, que in cathedralibus post pontificales maiores et in collegiatis ecclesiis sive locis eisdem secularibus et regularibus principales extiterint, acceptare ac de illis sibi provideri facere non potuerint neque possint, nisi de maioribus et principalibus dignitatibus ipsis in eisdem litteris similis mentio habeatur, decernentes irritum et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter attemptatum forsan est hactenus vel contigerit in posterum attemptari[e]. Nulli ergo etc. nostre constitutionis et voluntatis infringere etc. Datum Avinione, VIII idus decembris anno primo[2].

---

[1] *1352 Januar 24.*
[2] *1353 Dezember 6.*

[a] Ad - fuissent *RA 125; RV 219 Rubr.* Ad perpetuam rei memoriam declaratur et decernitur, quod provisiones facte aliquibus dominis cardinalibus per dominum Clementem papam VI de quibusvis beneficiis valeant, ac si littere super hoc confecte fuissent; *RV 235 Rubr.* Ad futuram etc., quod cardinales non possint acceptare maiores dignitates, nisi cavetur expresse in gratia eis facta
[b] decentem *RV 219, RV 235, RV 244* decenti
[c] affluebat *RV 219, RV 235, RV 244* affluebant
[d] singulis *fehlt RV 219, RV 244*
[e] et insuper - attemptari *fehlt RV 219, RV 244*

## 11.

***11A. Ross. 1035**, fol. 15r-15v; **Kassel 59**, fol. 58r; **Regest:** Nova Alamanniae 2/2 S. 933 Nr. 1601.*

EST CONSTITUTIO, QUE LEGITUR IN CENA DOMINI CORAM PAPA[a], „EXCOMMUNICAMUS“[b].

Excommunicat omnes Gazaros, Patarenos, Pauperes de Lugduno, Arnaldistas, Speronitas[c] et Passaginos et quoscumque alios hereticos, quocumque nomine censeantur, fautores, receptatores[d] ac defensores eorum. Item omnes piratas, cursarios et latrunculos marinos et omnes fautores et receptatores[e] eorum. Item omnes, qui in terra sua nova pedagia imponunt. Item, qui equos, ferra, lignamina, arma et alia prohibita deferunt saracenis. Item omnes falsarios bulle apostolice, litterarum[f] apostolicarum et petitionum per ipsum dominum nostrum vel vicecancellarium[g] vel officium vicecancellarii[h] gerentem signatarum. Item, qui iurisdictionem[i] non habentes et venientes ad curiam ipsos[j] capere, spoliare vel detinere aut ex proposito deliberate vulnerare atrociter vel interficere presumunt et qui talia fieri faciunt seu mandant et illos, qui[k] scienter eis favent, receptant[l] et defendunt. Item omnes, qui occasione causarum procuratores, advocatos, auditores[m] verberant, mutilant vel occidunt. Item omnes, qui per se vel per[n] alium vel alios directe vel indirecte sub quocumque colore civitates[o], castra, villas et alia, quecumque nomine essent[p], scienter occupant et detinent occupata.

[a] coram papa *fehlt Kassel 59*
[b] Est - Excommunicamus *Berlin 661, Ross. 1035, Kassel 59*
[c] speronites *Berlin 661, Ross. 1035* seperonicas
[d] receptatores *Berlin 661, Ross. 1035* receptores
[e] receptatores *Berlin 661, Ross. 1035* receptores
[f] apostolice litterarum *Berlin 661, Ross. 1035* bullarum
[g] vicecancellarium *Berlin 661, Ross. 1035* in Cancellaria
[h] vicecancellarii *Kassel 59* Cancellariam
[i] iurisdictionem *Berlin 661, Ross. 1035* iur(is)
[j] ipsos *Berlin 661, Ross. 1035* ipsi
[k] illos qui *Berlin 661, Ross. 1035* alios
[l] receptant *Berlin 661, Ross. 1035 Lücke von ca. 3 cm*
[m] procuratores - auditores *Berlin 661, Ross. 1035* procurarum et notarum, auditorum
[n] vel per *fehlt Kassel 59*
[o] civitates *Berlin 661, Ross. 1035* mutat(es) *(!)*
[p] nomine essent *Berlin 661, Ross. 1035 Lücke von ca. 2 cm*

***11B. RV 236 Rubr**., fol. 3v; **RV 236**, fol. 61r-62r; **RV 237 Rubr**., fol. 4v; **RV 237**, fol. 74r-75r; **RV 238 Rubr.**, fol. 3v; **RV 238**, fol. 46v-47v; **RV 242**, fol. 146r-147r; **RV 244B**, fol. 15r+16r; **RV 244D**, fol. 135r; **RV 244G**, fol. 28r-28v (grau Unterlegtes fehlt in RG 244G); **Teildruck:** GÖLLER, Pönitentiarie 1/1 S. 259; **Regest:** Innocent VI, Lettres secrètes 2 S. 71 Nr. 881 (nach RV 236/RV 244B); 3 S. 66 Nr. 1445 (nach RV 237/RV 242/RV244D); 4 S. 61 Nr. 2094 (nach RV 238/RV 244G)**.*

GENERALES APOSTOLICI PROCESSUS[a].

| *RV 236, RV 244B.* | *RV 237, RV 238, RV 242, RV 244D, RV 244G.* |
|---|---|

Innocentius episcopus servus servorum Dei[b]. Ad perpetuam rei memoriam. Excommunicamus et anathematizamus ex parte Dei omnipotentis, patris et filii et spiritus sancti auctoritate quoque beatorum apostolorum[c] Petri et Pauli ac nostra omnes Gazaros, Patarenos, Pauperes de Lugduno, Arnaldistas, Speronistas[d] et Passaginos et quoscumque alios hereticos, quocumque nomine censeantur, ac omnes fautores, receptatores et defensores eorum. Item excommunicamus et anathematizamus omnes piratas, cursarios et latrunculos marinos ac omnes fautores, receptatores et defensores eorum. Item excommunicamus et anathematizamus omnes illos, qui in terris suis nova pedagia imponunt. Item excommunicamus et anathematizamus omnes illos, qui equos, arma, ferrum, lignamina vel alia prohibita deferunt sarracenis, quibus christianos impugnant. Item excommunicamus et anathematizamus omnes falsarios bulle et litterarum apostolicarum

| | |
|---|---|
| . | ac petitionum gratiam vel iustitiam continentium per summum pontificem aut vicecancellarium seu gerentem officium vicecancellarii sancte Romane ecclesie de mandato eiusdem summi pontificis signatarum aut sub nomine summi pontificis seu vicecancellarii vel gerentis officium vicecancellarii predictorum signantium petitiones easdem. |

Item excommunicamus et anathematizamus omnes illos, qui ad sedem apostolicam venientes vel recedentes ab ea, nec non illos, qui iurisdictionem ordinariam vel delegatam aliquam non habentes eos, qui

| | |
|---|---|
| in Romana curia morantur, | morantur[e] in Romana curia, |

temeritate propria capere, spoliare vel detinere

| | |
|---|---|
| | aut ex proposito et deliberate[f] vulnerare atrociter vel interficere |

presumunt et qui talia fieri faciunt sive mandant

| | |
|---|---|
| . | , ac illos, qui scienter eis favent ipsosque receptant et defendunt[g], cuiuscumque fuerint ordinis, preeminentie, conditionis et status, etiamsi cardinalatus honore et[h] pontificali seu quavis alia ecclesiastica vel mundana[i] prefulgeant dignitate. |

Item excommunicamus et anathematizamus omnes illos, qui per se vel alium seu alios quascumque personas ecclesiasticas[j] et seculares ad eandem curiam super eorum causis et negotiis recurrentes illaque in eadem curia prosequentes aut procuratores, gestores, advocatos vel promotores ipsorum seu etiam auditores vel iudices, qui super dictis[k] causis seu negotiis deputantur, occasione causarum vel negotiorum huiusmodi verberant, mutilant vel occidunt, cuiuscumque preeminentie, dignitatis, ordinis, conditionis aut status fuerint,

| | |
|---|---|
| | etiamsi pontificali vel quavis alia prefulgeant dignitate, |

predicta vel eorum aliqua committentes. Item excommunicamus et anathematizamus omnes illos, qui per se vel alium seu alios directe vel indirecte sub quocumque titulo seu colore civitates, castra, villas, terras et alia[l] loca et iura quelibet alia[m] ecclesie Romane vel aliqua seu aliquod eorum aut eorum[n] vel aliquorum seu alicuius eorum partem scienter occupant et detinent occupata, non obstantibus si aliquibus, cuiuscumque ordinis, conditionis, status, dignitatis et preeminentie fuerint,

| | |
|---|---|
| | etiamsi, ut predicitur, cardinalatus honore et[o] pontificali seu quavis alia[p] ecclesiastica vel mundana[q] prefulgeant dignitate, |

communiter vel divisim a sede sit predicta concessum, quod excommunicari

| | |
|---|---|
| | et anathematizari |

non possint per litteras apostolicas, que plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi nec non ordinibus, locis, nominibus propriis et cognominibus ac dignitatibus eorum non fecerint mentionem

| | |
|---|---|
| . | nec non privilegiis, indulgentiis et litteris |

| | |
|---|---|
| | apostolicis generalibus vel specialibus ac consuetudinibus et observantiis scriptis et non scriptis[r] contrariis quibuscumque, per que contra premissa vel eorum aliqua seu aliquod possent quomodolibet se tueri, que quoad hec cassamus, irritamus et tollimus ac viribus[s] vacuamus. |

Eos

| | |
|---|---|
| autem, | insuper, |

qui huiusmodi sententias per nos latas incurrerint, nullus nisi dumtaxat Romanus pontifex[t] absolvere valeat preterquam in mortis articulo constitutos. Ut autem huiusmodi nostri processus ad communem omnium notitiam deducantur, cartas sive membranas processus continentes eosdem maioris ecclesie Avinionensis appendi vel affigi ostiis sive superliminaribus faciemus, que processus ipsos suo quasi sonoro preconio et patulo indicio publicabunt, ut hii, quos ipsi processus contingent, nullam possint excusationem pretendere vel ignorantiam allegare, quod ad eos non pervenerint vel quod ignoraverint eosdem, cum non sit verisimile quoad eos remanere incognitum vel occultum, quod tam patenter omnibus publicatur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre excommunicationis et anathematizationis, cassationis, irritationis, ablationis et vacuationis[u] infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum[v]. Actum et datum

| *RV 236, RV 244B.* | *RV 237, RV 238, RV 244D.* | *RV 242.* |
|---|---|---|
| Avinione in Palatio apostolico, IIII idus aprilis anno secundo[w1]. | Avinione in Palatio apostolico, in die cene Domini pontificatus nostri anno tertio[x2]. | apud Villamnovam Avinionensis diocesis, idus aprilis pontificatus nostri anno tertio[y3]. |

[1] *1354 April 10.*
[2] *1355 April 2.*
[3] *1355 April 13; Gründonnerstag fiel im 14. Jahrhundert nur 1340 und 1346 auf diesen Tag; die Vorlage stammt also von Benedikt XII. oder Clemens VI.*

[a] Generales - processus *RV 242; RV 236 Rubr.* Item excommunicationes et anathematizationes, que fulminantur per papam in die parasceve*; RV 237 Rubr.* Item excommunicatio et anathematizatio hereticorum que consueverunt fieri in die cene Domini*; RV 238* Ad perpetuam rei memoriam in cena Domini promulgantur excommunicationis et anathematis sententie contra Gazaros, Paterenos et Pauperes Lugdunenses
[b] Innocentius - Dei *fehlt RV 236, RV 237, RV 238, RV 244B*
[c] apostolorum *fehlt RV 238, RV 242 (durchgestrichen), RV 244D (interlinear durchgestrichen), RV 244G*
[d] Speronistas *RV 236, RV 244B* Sponistas

[e] *RV 237, RV 242 folgt* vel existunt
[f] deliberate *RV 237* deliberatione
[g] ac - defendunt *fehlt RV 237*
[h] cardinalatus - et *fehlt RV 237, RV 242 (durchgestrichen)*
[i] ecclesiastica - mundana *fehlt RV 237*
[j] *RV 238 am Rand mit Verweiszeichen* regulares
[k] super dictis *RV 237, RV 242* supradictis
[l] alia *fehlt RV 237, RV 238, RV 242, RV 244B, RV 244D*
[m] *RV 238, RV 244D folgt* ipsius
[n] eorum *RV 238, RV 244D* ipsorum
[o] cardinalatus - et *fehlt RV 237*
[p] alia *fehlt RV 238, RV 244D*
[q] ecclesiastica - mundana *fehlt RV 237*
[r] ac - scriptis *fehlt RV 237*
[s] viribus *RV 242* iuribus
[t] *RV 238, RV 244D folgt* ab eis
[u] cassationis - vacuationis *fehlt RV 237*
[v] omnino - incursurum *RV 236, RV 238, RV 244B, RV 242D* etc.
[w] secundo *RV 244D* tertio *(= 1355 April 2)*
[x] tertio *RV 238* quarto *(= 1356 April 21)*
[y] apud - tertio *RV 242 am rechten Rand von anderer zeitgenössischer Hand* Avinione, IIII nonas aprilis anno octavo *(= 1360 April 2)*

## 12.

| | |
|---|---|
| ***Berlin 661****, fol. 158v;* ***Ross. 1035****, fol. 15v;* ***Kassel 59****, fol. 58r;* ***Druck:*** *Nova Alamanniae 2/2 S. 933 Nr. 1597 (nach Kassel 59).* | ***RA 133****, fol. 535v.* |
| Reservata fuerunt[a] beneficia vacantia per assecutionem beneficiorum auctoritate apostolica collatorum, II nonas ianuarii anno primo[1].<br>Vester Ar‹naldus[2]› electus Carcassonensis[b]. | Reservatio biennalis domini Innocentii fuit facta II nonas ianuarii anno primo. |

[1] *1353 Januar 4.*
[2] *Arnaldus Alberti*.

[a] fuerunt *Berlin 661, Ross. 1035* sunt
[b] Vester - Carcassonensis *fehlt Kassel 59*

## 13.

***Berlin 661****, fol. 158v;* ***Ross. 1035****, fol. 15v;* ***Kassel 59****, fol. 58r;* ***Druck:*** *Nova Alamanniae 2/2 S. 935f. Nr. 1606.*

De mandato domini nostri pape vive vocis oraculo quamplurium[a] nobis facto significamus vobis dominis auditoribus sacri Palatii apostolici eundem dominum nostrum declarasse, quod per aliquas litteras quibuscumque dominis legatis sive nuntiis apostolicis sub

quacumque verborum expressione concessas super provisione beneficiorum vacantium facienda non fuerit nec est intentionis sue, quod beneficia per obitum dominorum cardinalium vacantia per aliquem preterquam per ipsum conferri potuerint neque possint. Et hoc de mandato quo supra vobis omnibus et singulis auditoribus supradictis tenore presentium intimamus[b]. Datum Avinione sub nostro sigillo, die XVI[c] martii anno a nativitate[d] domini MCCCLVIII, indictione XI[e], pontificatus domini Innocentii VI anno sexto[f1].

Stephanus[g2] archiepiscopus Tolosanus[h] domini pape camerarius.

---

[1] *1358 März 16.*
[2] *Etienne Cambarou.*

---

[a] quamplurium *Kassel 59* in pl(ur)i(mu)m
[b] et hoc - intimamus *fehlt Kassel 59*
[c] XVI *Berlin 661, Ross. 1035* mense
[d] a nativitate *fehlt Kassel 59*
[e] XI *fehlt Berlin 661*
[f] sexto *Berlin 661, Ross. 1035* VI
[g] Stephanus *Berlin 661, Ross. 1035* Thesaur. *(!)*
[h] Tolosanus *Kassel 59* etc.

## 14.

***RA 125**, fol. 46r Nr. 3 (Rubrik); **RV 219 Rubr.**, fol. 1r Nr. 3; **Reg. Vat. 219**, fol. 1; **Reg. Vat. 244**, fol. 48 (nicht kollationiert); **Regest:** Innocent VI (1352-1362), Lettres secrètes 1 S. 12 Nr. 24.*

AD FUTURAM REI MEMORIAM. CARDINALIBUS SANCTE ROMANE ECCLESIE PREBENDAS ET DIGNITATES, PERSONATUS ET OFFICIA AC BENEFICIA PER LITTERAS FELICIS RECORDATIONIS CLEMENTIS PAPE VI EXPECTANTIBUS CONCEDITUR, UT IN ASSECUTIONE PREBENDARUM, DIGNITATUM, PERSONATUUM ET OFFICIORUM AC BENEFICIORUM HUIUSMODI ETIAM ILLIS, QUI PER LITTERAS DOMINI INNOCENTII PAPE VI PREBENDAS ET DIGNITATES, PERSONATUS ET OFFICIA AC BENEFICIA EXPECTABUNT, PREFERANTUR ETC.[a]

Ad futuram rei memoriam. Decens fore conspicimus, ut fratres nostri ... Datum Avinione, VIII idus ianuarii anno primo[1].

---

[1] *1353 Januar 6.*

---

[a] Ad - etc. *RA 125, RV 219 Rubr.*

## 15.

***RV 239 Rubr.**, fol. 6r; **RV 239**, fol. 66v-67v; **Mainz 463**, fol. 42r-42v; **Regest:** Innocent VI, Lettres secrètes 5 S. 43 Nr. 2618.*

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

RESERVATIO BENEFICIORUM VACANTIUM AD CAMERAM PAPE FRUCTUS ET REDDITUS SEU PROVENTUS PRIMI ANNI[a].

Innocentius episcopus servus servorum Dei. Ad futuram rei memoriam. Dum necessitatum multiplicium onera, quibus Camera nostra premitur supra vires, et eius raritatem proventuum ad ea supportanda[b] nequaquam sufficientium diligenti meditatione pensamus, vias et modos honestos et licitos libenter exquirimus, per quos eidem Camere aliqualiter[c] super hiis consulatur. Ideoque prehabita super hoc deliberatione matura fructus, redditus et proventus primi anni prioratuum, dignitatum, personatuum, administrationum, officiorum, canonicatuum et prebendarum ac aliorum quorumcumque beneficiorum ecclesiasticorum secularium et regularium exemptorum et non exemptorum omnium et singulorum cum cura et sine cura, que apud sedem apostolicam vel ubicumque ad dispositionem nostram ex speciali vel generali nostra seu predecessorum nostrorum Romanorum pontificum reservatione spectantia vacant ad presens et vacabunt de cetero quovis modo, et eorum etiam, que ex causa permutationum per nos seu auctoritate nostra faciendarum de illis vacare et que per nos alicui vel aliquibus, ut in illis securius remanere valeant confirmari contigerit sive qualitercumque per modum confirmationis aut alias ius per nostras litteras eis tribuatur in illis et que vigore quarumcumque unionum de illis quibusvis[d] ecclesiis etiam[e] patriarchalibus, metropolitanis aut cathedralibus aliis seu monasteriis, dignitatibus, personatibus, officiis, prebendis, beneficiis aut cuicumque loco vel religioni factarum hactenus et faciendarum in antea, cum per cessum del decessum illorum, qui beneficia unita huiusmodi obtinent et obtinebunt in posterum, eisdem ecclesiis, monasteriis, dignitatibus, personatibus, officiis, prebendis, beneficiis[f] aut loco vel religioni devenire contigerit, percipiendos modis infrascriptis pro[g] eisdem necessitatibus utilius relevandis auctoritate apostolica usque ad nostrum beneplacitum reservamus et applicamus[h] Camere antefate, non obstantibus quibuscumque statutis ecclesiarum, monasteriorum et locorum, in quibus huiusmodi dignitates, personatus, administrationes, prioratus, officia et beneficia fuerint, contrariis iuramento, confirmatione apostolica vel quacumque firmitate alia roboratis, aut si fructus, redditus et proventus huius primi anni ex privilegiis dicte sedis vel alias de iure seu consuetudine vel statuto alicui vel aliquibus debeantur, sive si ad fabricam ecclesiarum, monasteriorum seu locorum quorumlibet per quoscumque concessi fuerint seu etiam deputati vel contigerit medio tempore concedi seu etiam deputari aut si fuissent in usus alios convertendi[i]. Volumus autem, quod, si idem beneficium bis vel pluries eodem anno vacaverit, non nisi semel fructus, redditus et proventus iuxta taxationem decime recipiantur illius, ut scilicet

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

summam[j], pro qua unumquodque beneficiorum ipsorum in ipsius decime solutione taxatur, Camera predicta percipiat[k], obtinentibus illa totali residuo huiusmodi fructuum, redituum et proventuum, ex quo incumbentia eis supportare teneantur onera, remanente. Eorum autem beneficiorum, que taxata ad huiusmodi decimam non existunt, fructuum, reddituum et proventuum medietatem ad prefatam Cameram, aliam vero medietatem ad obtinentes illa volumus pertinere ita tamen, quod obtinentes ipsi de remanente eis medietate huiusmodi incumbentia illis supportare onera teneantur. Ceterum[l] volumus et auctoritate apostolica presentium declaramus, quod reservatio et applicatio huiusmodi ad abbatias regulares, que tamen conventuales existant, aut ad beneficia, quorum fructus, redditus et proventus annuum verum valorem decem librarum Turonensium parvorum non excedunt[m], seu ad vicarias aut capellanias, ut plurimum a decedentibus secundum morem diversarum ecclesiarum institutas ad missas pro ipsis decedentibus celebrandas certis constitutis redditibus presbiteris inibi celebrantibus vel alias, ut diurnis et nocturnis[n] canonicis horis in ecclesiis intersint eisdem, dummodo viginti librarum Turonensium parvorum valorem annuum non excedant, sive ad cotidianas distributiones quarumlibet ecclesiarum seu anniversaria vel obventiones, que ad certum quid deputata noscuntur, nisi ad illa vel illas, que illis, qui sunt in civitate vel loco presentes, consueverunt, quamvis horis[o] non intersint, huiusmodi[p] elargiri, nullatenus extendantur. Illi vero, quibus fructus, redditus et proventus primi anni huiusmodi beneficiorum ipsorum[q] debentur de iure, privilegio, consuetudine vel statuto, anno sequenti eos percipiant, sicut primo anno fuerant, si non obstarent reservatio et applicatio nostre huiusmodi, percepturi. Volumus insuper, quod fructus, redditus et proventus prioratuum, dignitatum, personatuum, administrationum, officiorum, canonicatuum et prebendarum ac aliorum beneficiorum huiusmodi, qui tam ex nostra quam felicis recordationis Clementis pape VI[r] predecessoris nostri reservatione ac applicatione usque in hodiernum diem Camere prefate debentur, ab eis, per quos debentur, cum integritate solvantur. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostre reservationis, applicationis et voluntatis infringere vel ei ausu temerario[s] contraire. Si quis autem hoc[t]. Datum Avinione, XVI kalendas aprilis pontificatus nostri anno quinto[1].

---

[1] *1357 März 17*.

---

[a] Reservatio - anni *Mainz 463; RV 239 Rubr.* Ad futuram rei memoriam Camere apostolice applicantur fructus primi anni omnium beneficiorum per sedem apostolicam collatorum et vacantium in eadem
[b] ad ea supportanda *Mainz 463* adesupportanda
[c] aliqualiter *Mainz 463* aliquatenus
[d] quibusvis *Mainz 463* quibus ius
[e] etiam *fehlt Mainz 463*
[f] prebendis beneficiis fehlt *Mainz 463*

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

[g] pro *Mainz 463* per
[h] et applicamus *fehlt Mainz 463*
[i] seu etiam deputari - convertendi *fehlt Mainz 463*
[j] summam *Mainz 463* summa
[k] *Mainz 463 folgt* ab
[l] Ceterum *Mainz 463* Ceteris
[m] excedunt *RV 239* excedant
[n] diurnis et nocturnis *Mainz 463* diurnus et nocturnus
[o] horis *Mainz 463* horum
[p] huiusmodi *fehlt Mainz 463*
[q] ipsorum *Mainz 463* nostrorum
[r] VI *Mainz 463* sexti
[s] ei - temerario *Mainz 463* in ausu camerario
[t] ergo - hoc *RV 239* etc.

## 16.

***PL 685**, fol. 46v-47r; **VL 3986**, fol. 7r-8r; **Druck:** TEIGE, Audientia S. XIII-XV Nr. 9.*

CONSTITUTIO DOMINI IO‹HANNIS› EPISCOPI ANICIENSIS[a].

(1) Quia licuit hactenus vel saltem dissimulatum extitit, quod procuratores in Audientia contradictarum sedes assignatas habentes per suos submissos servitores aut clericos in dicta Audientia deservirent, ad id paulatim deventum est, quod nulli aut pauci personaliter continuant Audientiam antedictam, contemnentes, licet ipsorum[b] electa sit industria, officium personaliter exequi, quod assumunt, sed submittunt quasdam idiotas personas quamque humiles et abiectas, qui ibidem pro ipsis auscultent, ex quo, prout experientia docuit, plurima incongrua et incommoda extitere secuta. Conventione namque iudicum interdum facta cum talibus absolutisque litteris procuratores ipsi denuo veniunt seque informationes a suis dominis habere pretendunt, quas dicti servitores seu clerici ignorarunt, tandem oportet litteras repeti ac denuo conveniri, sicque necessario deluditur pars adversa. Iterum, cum predicti submissi servitores vel clerici nullius ut plurimum status aut honestatis existant, immo, quod pudor est dicere, tales cum indecenti habitu aliquando caligas non habentes intrant Audientiam antedictam, qui sine coniiciis disceptare nesciunt, murmurant, cachinant, litteras in terram mittunt, nescientes in pace debita honeste[c] consistere vel sedere, per que non modicum honori tante Audientie retroactis temporibus est detractum, quibus et eis similibus obviare volentes nos Iohannes[1] miseratione divina Elnensis episcopus et Audientie litterarum contradictarum[d] domini pape auditor constituimus, ut nullus de cetero predictorum procuratorum submittere, surrogare aut[e] iuxta usum ipsorum loquendo per substitutum sedere presumat eisque sic submissis Audientia denegatur omni

[1] *Johannes Joffrevi.*

modo; sed si procuratores ipsi sint in infirmitate aut iusta causa vel necessaria absentes seu[f] impediti, possint per socios procuratores Audientie allegare, contradicere, convenire ac alias gerere vices suas. Constat[g] prius de dictis impedimentis vel ipsorum altero per iuramentum illius conprocuratoris in Audientia, qui pro absente nititur allegare[h].

---

[a] Constitutio - Aniciensis *VL 3986; PL 685* Incipiunt constitutiones composite et facte per dominum Iohannem de Jaurens Elnensem episcopum Audientie litterarum contradictarum domini pape auditorem
[b] ipsorum *PL 685* eorum
[c] honeste *PL 685* honestare
[d] contradictarum *fehlt PL 685*
[e] aut *VL 3986* ac
[f] seu *fehlt VL 3986*
[g] constat *VL 3986* constito*; PL 685* prestito
[h] *PL 685 folgt* alias qui pro absentia nititur allegare

QUOD COPIA LITTERARUM ASCULTETUR PER NOTARIUM AUDIENTIE ANTEQUAM TRADATUR[a].

(2) Item, quia aliquando littere mandantur[b] pro copia reportari bullate ad instantiam procuratoris, hoc pro se seu[c] dominorum suorum petentium interesse contingit, quod impetrans per se seu quemvis alium copiam inde extrahit ac litteras[d] mittit ad partes predictamque sic extractam copiam parti offert dicens se per hoc paruisse mandatis, constituimus et declaramus per hoc mandato paritum non videri, nisi predicta copia fuerit per notarium Audientie contradictarum descripta vel saltem diligenter, prout partium indemnitati congruit, auscultata.

---

[a] Quod - tradatur *VL 3986*
[b] mandantur *PL 685* demandantur
[c] se seu *PL 685* suo vel
[d] litteras *VL 3986* bonas

QUOD DE GROSSO UNO TURONENSI ARGENTI INTELLIGATUR[a].

(3) Item, quia in predicta Audientia interdum vidimus dubitari, cum in constitutionibus predecessorum nostrorum sepe de grossis mentio habeatur sicut in expensis factis ratione iniustarum revocationum litterarum apostolicarum[b] vel alias, an[c] debeat intelligi de grossis usualibus aut papalibus aut de quibus constituimus, immo potius declaramus de papalibus grossis, quos bullatores et alii officiales curie apostolice recipiunt vel ipsorum valorem debere intelligi nec audiri[d] deinceps quempiam super hoc dubitantem, qui enim sic se referre debent ad papalem monetam, sicut hii, qui in eius officio militant et insistunt.

---

[a] Quod - intelligatur *VL 3986*
[b] litterarum apostolicarum *VL 3986* apostolicarum bonarum
[c] an *fehlt VL 3986*
[d] audiri *PL 685* audire

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

QUOD NON AUDIANTUR POST SECUNDAM CONTRADICTIONEM, NISI ETC.[a]

(4) Item, quia sepe multis diebus ab aliquibus studiose per impetrantis in curia aut impedientis seu contradicentis astutiam temere et sine causa litteras detineri contingit, statuimus ac etiam ordinamus, quod, si aliquis procuratorum Audientie antedicte contradixit prima et secunda vice vel die, in tertia impeditione non audiatur, nisi vocari fecerit impetrantem, sicque auditis hinc inde partibus fiat iustitia indilate.

[a] Quod - etc. *VL 3986*

QUOD PROCURATORES SEDEANT IN SUIS LOCIS ET NON ALIBI[a].

(5) Item statuimus, immo verius, quantum ad hoc constitutionem veterem renovamus, quod procuratores predicte Audientie[b] in locis sibi sedeant assignatis sine clamore, sibilo et etiam proiectione litterarum inani, honeste et pacifice, sicut decet scituri, quod, si contra fecerint, ad impositionem et exactionem penarum in prioribus constitutionibus decretarum virilius solito procedetur. Datum, constitutum et publicatum anno domini M[c] CCC LV, die V mensis novembris pontificatus domini Innocentii pape sexti[d] anno tertio[1].

[1] *1355 November 5.*

[a] Quod - alibi *VL 3986*
[b] Audientie *fehlt VL 3986*
[c] M *PL 685* Millesimo
[d] sexti *VL 3986* V

## 16.

***Coll. 6**, fol. 7r; **Druck:** Kirsch, Päpstliche Annaten 1 S. XXV.*

Anno, indictione et pontificatu quibus supra[1] et die penultima augusti[2] fuit ordinatum per dominum camerarium[3] domini nostri pape de rotulis portandis ad Cancellariam, prout sequitur. Reverendus pater dominus vicecancellarius vult, quod rotuli seu supplicationes Teutonicorum portentur ad Cancellariam, asserens, quod numquam littere expedientur, donec constet sibi, quod concordatum fuerit cum Camera, et remanent in hoc multi de Cancellaria, quod expedit Camere, ut evitentur fraudes, quia dicto domino vicecancellario, quod, ex quo rotulus pro una supplicatione fuerit missus, redeat ad Cameram, ut evitetur

[1] *Fol. 5v:* Millesimo CCCLXI, indictione XIII, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Innocentii divina providentia pape sexti anno nono
[2] *1361 August 30.*
[3] *Arnaldus Alberti.*

circuitus, et, si ista via placet, scribatur et nihilominus, antequam mittamus rotulos, retinebimus copias ad finem, ut pos‹s›it scribi collectoribus, et nihilominus vult scire dioceses dictorum Teutonicorum.

Et dictus camerarius scripsit de manu sua „Placet“.

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl